Et autem Mtas sua ad ea etiam, quæ nunc proposita sunt, mentem suam aperiat, Mtas sua ita sibi persuasum habet, nec Smum Dnum Pontificem, neq; quenq; alium, cui saltem Mtis suæ actiones haud prorsus incognitæ sint, de Mtis suæ erga memoratam Rempublicam Christianam integerrimo studio, et quàm nihil æquè, ac eiusdem Reipublicæ salutem et incolumitatem desideret, adeoq; quacunq; occasione promouere cupiat, ullo pacto dubitare.

Verum cum præsens hocce negotiũ maximi momenti sit, Mti suæ quàm plurima, eaq; sanè ardua, grauissimaq; consideranda occurrunt.

Etenim S.tus Dnus Pontifex, ipseq; R.mus Dnus Cardinalis non ignorant, Cæsaream Mtem suam annis proximè præteritis cum Turcharum Imperatore, idq; non sine magno labore, grauissimisq; sumptibus, octennales pepegisse induciis, ac deijs dem inuiolabiliter seruandis ultrò citroq; fidem datam esse. Ab ijs induciis, quas Mtas eius (dummodo Turcæ nullam pacij abrumpendæ causam præbeant) sancte observare sibi semper propositum habuit, ut recedat, sicq; fidem prior fallat, se, tanq; Romanorum Imperatore, ac Principe Christiano parum dignum existimat.

Ad hæc cum iam pridem, non sine maximo Christianitatis malo, compertum sit, ac maiorij etiam cum detrimento indies discatur, quæ hostis huius sit potentia, et quàm parum, rej contra eundem benè, ac ex commodo Reipublicæ Christianæ gerendæ, spej sit, misj alio-

rum quoq;, ac si uspiam possibile, omnium in universum Christiani orbis Principum et Rerum publicarum uires accesserint; Cæsarea Mtas quid hac in parte sperandum sit, cognoscere desiderat.

Præterea quod ad foedus ipsum spectat, non dubitat Mtas sua Cæs.a quin illud ijs nitatur fundamentis, ut quod pactum conuentumq; est, firmum continuumq; futurum sit. Quod autem ad Mtem suam attinet, eidem nec dum cognitum est, quodnam ac quale Mtas sua, casu quo se Principibus et Reipub. confoederatis iungat, abijsdem sibi polliceri debeat auxilium, unde illud exoptandum, et qua ratione Mtas sua eiusdem quoquo tempore, et in quemcunq; uel defensiuj, uel offensiuj belli, qui etiam in eum euentum, quo unum uel plures ex confoederatis cum Turcis contra pacta conuenta, pace inire, sicq; à foedere recedere contingeret, certa securaq; esse queat. Quæ quidem omnia Mtas sua, ut quæ hostem illum quotidiè præ foribus, ac ob id eiusdem uires, aliasq; qualitates et actiones melius ac astiusq;, quàm quispiam alius, cognitas habet, non immeritò scire, sicq; suæ securitati consultum cupit. Idq; tantò magis, quòd et proximè præterito, et præsenti hoc anno experta sit, rem parum foeliciter cessisse, eius uerò haud minimam in tarditate culpam fuisse apparet. Cæsarea uerò Mtas sua sola, ac sine uaidis, certis ac continuis confoederatorum auxilijs, bello continuo contra hostem potentissimum sustinendo, impar futura esset.